Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



num loquar & angelorum. Caritatem autem non habe
bam. unum sum ut aeramentum sonans aut cymbalum
tinniens. Iacet ergo loqui linguis & interpretari
ex alia incognitam linguam eris oblatio. e. Necesse
.e. enim omnia habere tabernaculum dni. & nihil
deesse in domo dei; Est igitur ut diximus eris
oblatio vox. Vox autem. e. quae alterius sensum.
Incognitam linguam aestimat. Sermo vero est.
qui sensum proprium profert; Omnia ergo haec
offerant deo. & sensus offerat deo. & sermo &
vox; Quid de aliis dicemus. Multae sunt
enim & singulae discutere opus ingens. Verum
quid proderit ut uno quidem ingenti labore
dicant. ab occupatis vero auditoribus; & vix
unius horae puncto verbo dei adsistentibus
spernant & pereant. Nisi enim dnus aedifi
cauerit domum. Inuanum laborauerunt qui aedi
ficant eam. Verum tamen nos ut supra iam
dictum. e. Credimus ad mensam pecuniam
dni. Videat enim unusquisque auditorum
quomodo suscipiat quae credunt; Unusquis
que inquit um si cum corde concepit. adferat ini
tia dno; quod dixit initia. quaero quaesim
initia auri. vel quae primitiae argenti